



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

v. Quod vtile sit assuefieri canem vt cum homine dormiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

*Quo tempore educendi sint canes
in venatum.*

VTile est, adeoque necessarium subinde in venationem educi canes. Nam si ab ea aliquandiu abfuerint, pigriores tardioresque euadunt.

*Quod vitale sit assuescieri canem ut cum
homine dormiat.*

CAnes cum homine dormire, bonum est. Cinde enim mansueti euadunt, ac amare homines impendio occipiunt; ad hæc facilliter vocantur.

Ad febrem canis.

Febri laborare canem his signis apprehendes. Aures demittit: tristitiam præ se fert vultu, nec dormit. igitur ex auribus sanguinem detrahes. deinde olei rosacei vncias duas cum vino decoquens, ter interdum infundes, aut rosaceum cum duobus ouis permisce, atque infunde.

Ad calores nimios, ac dolores canum.

Qum calore nimio canis premitur, hanc medicinam facito. Rumicem herbam pulcre maceratam ac tritam cum duobus ouis & butyro, atque vini Siculi vno sextario admixto, vna cum pipere communi, da illi bibere. Si vero æstu

Y